

*Landgraf Ludwig beurkundet die Schenkung von 7 Hufen in Weissig an das Kloster Altzelle durch Volrad und Konrad von Landsberg auf dem Landding zu Delitzsch (Mai 2) und die Aufgabe des Gutes Leina durch Wichard von Schopau auf dem Landding zu Schköhlen (Juni 15).*

5 **Landdinge zu Delitzsch und Schköhlen, 1224 Mai 2 und Juni 15.**

*Hörschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 256. S., an rothseidenen Fäden, = Tafel XII. 3.*

*Anm.: Altzeller Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 21.*

:In nomine sancte et individue trinitatis. Ludeuicus dei gratia lantgravius Thuringie et palatinus comes Saxonie Celle sancte Marie in perpetuum.: | Notum esse  
 10 volumus omnibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quo modo Volradus de Landesberg et Conradus filius eius pro elemosina Guntheri de Ro|chesberg et pro remedio animarum suarum septem mansos in villa proprietatis sue, que dicitur Wizk, coram nobis in provinciali placito nostro, quod vi. nonas mai in Dels celebratum|  
 est, Celle sancte Marie nullo contradicente devote contradiderunt. Huius donationis  
 15 testes sunt: Theodericus prepositus de Monte Sereno et Iacobus capellanus suus. Wrczlaus filius regis Boemie. Meinherus burchravius Misnensis. Hogerus de Wrideberg. Wolferus de Pesne. Geuehardus de Zurbeke. Hermannus de Sconenburg. Eico de Ribecowe. Conradus de Landesberg. Fridericus de Marus et Wernerus frater eius. Albertus de Bele et alii quam plures. Post hoc provinciale placitum in Dels celebratum die abhinc  
 20 quadragesimo quarto, hoc est xvfr. kal. iulii, contigit nos presidere alteri provinciali placito in Szcolin, ubi adueniens Wichardus de Szcapowe predium suum, quod dicitur Leina, quod fratribus de Cella sancte Marie pro quadringentis et quinquaginta marcis vendidit, coram nobis resignavit consentientibus in eandem resignationem legitimis heredibus suis Alberto de Alstede et filiis ipsius Walthero, Heinrico et Iohanne. Cui facto dum Cünradus  
 25 de Grobe niteretur contradicere, per iustam sententiam imposito sibi silentio destitit a proposito. Ut autem ad presens et in reliquum huiuscemodi contractui nemo verbo vel opere contraire presumat, presentem inde paginam conscribi fecimus eamque et sigilli nostri impressione et idoneorum virorum attestatione comunimus, quorum ista sunt nomina: Meinherus burchravius Misnensis et Hermannus frater eius. Heidenricus de  
 30 Zankenberch. Heinricus de Cotsowe. Heinricus de Warin. Hermannus de Schonenburg. Waltherus de Glizenberg. Hermannus de Hagen. Volcmarus de Kanburg. Albertus de Amendorf. Ericus de Dolzk. Heinricus de Leuenowe. Conradus de Miltiz. Robertus de Studenheim. Fridericus de Lindenowe et alii quam plures. Acta sunt hec omnia anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo vicesimo  
 35 quarto, indictione xii., sub abbate Ludegero; feliciter amen.

(S.)